

# **Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 1117**

Volumus quidam Tradidit idem predictus nobilis vir in manus prefati episcopi et advocati sui Ratolt dicti talem perpetualiter Econtra idem prefatus laudabilis episcopus unā cum manu iam ante dicti sui advocati eidem prescripto nobili viro de rebus pretitulatae aecclesiae in loco Sickereshoua nuncupato arabilis terrae colonias IIII et tria iugera cum pratis cum pascuis et tribus curtiferis uno superaedificato et duobus sine aedificiis silvis aquis aquarumque decursibus viis et inviis cum exitibus et redditibus quaesitis et inquirendis omnibusque rebus iure ad prefatum locum pertinentibus aevis temporibus in et exinde quicquid libuerit faciendum. firmiter teneat atque per multa annorum curricula feliciter in dei nomine possideat. Isti sunt testes eiusdem commutationis sicut mōs est per aures tracti: Engildio. Aripo. Item Aripo. Adalhoh. Heidfolch et alii.